

DE PROPORTIONE

PARPAE AD CONCL

LIVM, ET DE VTRQVE

EIVSDEM PRINCIPATV, AD
SANCTISS. D. N.

IVLIVM III PON. MAX.

CAESARIS PETRIMICHAELIS DELPHINI

*Parmen. certissima, & nouissi-
ma Decisio.*



*Spiritus Dei præstisſe ualeo id in decus S. V. conferre aggrediatur, & libri
de utroque eius principatu magis explicitum, cum additione de proportione
eius ad Concilium, eidem humiliter inscribo, ubi rei ex seipsa manifestioris
tot annos apud diuersas nationes sub dubio uersatæ decisionem nouis=
simâ manibus præhensandâ subiçio, paulopost opus aliud gra=
uioris negocij oblaturus, si intellexero que hoc tempore
scribo tantum quantum scribens confidebam apud
S. V. pondus habuisse.*



*Visquis es o Bibliopola qui excudere debes ha=
scæ optimas eruditissimi omniumq; horarum
viri lucubrationes, age vt cito excusæ quaque
versum ferantur. Ego sane Frater Jacobus San=
ctangelus Lector in Cenobio Diui Petri Martyris
Parmæ, inquisitionis auctoritate, per pulchras per quancq; utiles
imprimendas approbo ac vehementer exopto. Quid queris? Ille
ille Cæsar Delphinus & Delphicus ad totius litterariæ artis studiū
atq; ideo suum summū decus, eleganter luculenterq; lucubrauit.
Parmæ x Iunii M D L*

Ego idem Fr. Jacobus Sanctangelus.



Quod multorum ordo semper in uno compleatur.

Expositio Secunda.



RDO igitur de quo rursus infra dicendum
restat qui essentialiter in pluralitate natura-
rum uniuersi semper adinuentus est in uno so-
lo quod in se ipso omnium ordinatorum gradus comple-
titur. Et connectit reperitur in æternis enim et sub-
stantijs spiritualibus unica earum semper inuenta est,
quæ omnium aliarum perfections in seipso comprehen-
dit cuius esse est mensura omnium aliarum que in eodem
genere continentur, in qua una omnes aliæ secundū ma-
iorē et minorē recessum ab ea et ampliore, et minus co-
piosam bonitatis illius participationē respectu illius ad
hunc ordinatur et in suo ordine immutabili ab ipsa una
diriguntur et gubernantur, parimodo omnia temporalia in
primo cœlo quod primum temporalium. Et variabilitū
Et in eorum genere unicum independens existit adinuen-
tum more æternorum proportionaliter ordinantur,
Et diriguntur: sed in notioribus que respectu unius in
ordine suo gubernari Et conseruari etiam a vulgo de-
prehendi possunt ratiocinantes, omne genus permanētis
Et certi regiminis in uno semper totum cōsistere Et cō-
seruari demonstrabimus. Nam si de regimine per
Reges sermo incidat, illud quidem in unico imperante
sive ille sit Rex ad populos suos, sive sit Imperator ad